in necessitatibus subsidiatores et ideo quare possum gaudere
quod meum est ut fatear quod ad actionem graciarum tenear Sed quia
volens implere ut posse suppetit in cunctis vim dicti volu
buli et benigne gratias ago tibi domine in quibus nobis duo ca
guntur primum est gratum obsequium quod procul dubio teneor
reddere quia gratias ago. Secundum obicitur primum cui ego debeo illud
rependere quia tibi domine primum probatur simul actoris graciarum cum dicitur
gratias ago Secundum non vilis status personarum quia tibi domine Et fateor
quod non sum sufficiens vobis regraciari pro beneficiis recep
tis etiam possem Nam vere possum dicere verba alibi scripta
Nec memoria que vis ingenii quecunque magnitudo ab [illegible]
tot et tantis beneficiis vestre [illegible] etiam si in nullum aliud
officium nisi ut gratias vobis inferrem eciam exiguum vite mee
tempus putarem ad referendum vnum ad enumerandum gratiarum
huius Symmachus Ideo dum mea insufficientia mea perfectus
rogo deum ut ipse vobis pro me retribuat et pro mee exigui
tatis impotenciam non presumit exhibere magnificencia illius
exsolvat qui de thesauris sue gratie multiformis erogat
divitias et devocionis retribuendi affectione qua erga
vos teneo testis est michi in [illegible] apostolus in celo testis in terra
ipsa dumtaxat deo et conscientia mee videlicet qua replicare ideo
supplicacionum census quia verba et adulaciones sapeant et plu
bilitatem excederent in immensum huius Petrus Blesensis
in suis epistolis xxxiiii. Secunda pars Expeditus taliter qualiter
de primo quo proponebam vobis gratias referre venio ad secundum quod
intendebam vobis supplicationes porrigere Et in supplicacionibus
meis doctrinam Catonis sequar si valeam qui dicit
Quod iustum est petito vel quod videatur honestum Nam
stultum petere quod possit iure negari Prima quidem supplicatio
mea est quod cum benivolencia vestra ego recedam ad aliud
tempus ad studium ut michi et vobis valeam per dei graciam
aliquo tempore proficere et bona valeam illud dicere
quod dixit Joseph fratribus suis pro salute vestra me misit